



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 45. Exemptus in crimine flagrante violæ immunitatis palatij
Episcopalis captus si puniatur an ad suum conservatorem possit recurrere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

de Episcop. & Clericis. quia ejusmodi citatio vim tantum habet cujusdam denuncia-
tionis qui etiam extrajudicium fieri potest & non ut coacti compareant aut ut
lingeretur sed tantum ut si sponte velint compareant. *Rot. à Valle d. loco. ostendimuf-*
que ubi non uno loco exemptionum iura cessare quoribus ad Papam aut ad judi-
ces exemptorum accessus non est aut si sit difficilis, lib. 4. de iurisdic. ordin. exempt.
quest. 50. & 51.

QVÆSTIO XXXV.

Exemptus in crimine flagranti violatæ immunitatis palatij Episcopalis captus si
puniatur an ad suum conservatorem possit recurrere.

SUMMARIUM.

1. Palatia qua dicantur.
2. Palatium Episcopale comprehenditur ap-
pellatione loci sacri.
3. Paria sunt capi in flagranti crimine vel
committente crimen notorium.
4. Exemptus in flagranti crimine capi pe-
test ab ordinario.
5. Ubi te invenio ibi te iudico.
6. Ordinarius habet plus iuris in exemp-
tum quam in extraneum.
7. Ordinarius potest in exemptos multa au-
toritate delegata.
8. Delictum quod fit notorium.
9. In dubio iudicandum pro ordinario.
10. Quid si Conc. Trid. non sit receptum.

QUæstionis hujus occisio est hesternus casus exempti cujusdam ab ordina-
ria jurisdictione potu obruti quempiam in palatio Episcopali cultro inva-
dentis ac in flagranti crimine in carceribus judicis ordinarij repente con-
jecti.

Pro cujus quæstionis solutione præmitto palatia proprie dici ædes regibus
seu supremis principibus consecratas, *l. ult. C. de palat. anomasticeque nuncupan-*
tur divinæ domus sacra palatia, l. 1. C. de offic. Rector Provinc. & d. l. ult. ac inter
species regaliorum recensentur, cap. unico qua sint Regalia Reneris Sextinus de rega-
lib. cap. 29.

Præmitto secundo palatium etiam Episcopale dici ad instar Regiæ Imperatoris
appellationeque loci sacri comprehendendi locique sacri immunitate gaudere. *Navar.*
in Manuali cap. 25. nu. 17. Ioannes de Visibus tract. de immunit. Eccles. nu. 52. Covar. lib.
2. tit. 1. cap. 20. nu. 4. Abbas cap. penult. nu. 9. de immunit. Eccles.

A a

Præ-

- 3 Præmitto tertio paria censeri captum quem esse in flagranti crimine & notorium crimen commississe. *glo. cap. cum non ab homine verb. deprehensus ubi Decius num. 143. de iudic. Gram dec. 36. nu. 35. 46. & 83. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 1101. nu. 15. Franc. lib. 1. quest. 21. nu. 133.*
- 4 His succinctim præmissis concludo exemptum ratione violatæ immunitatis in flagranti crimine deprehensum ab ordinario puniri posse. *glo. cap. patentibus & in cap. tuarum de privilegijs.*
- 5 Primo. Quia sicuti ordinario liceret extraneum sibi que neutquam subditum immunitatem loci sui Sacri violantem sistere atque arrestare iuxta illud ubi ego te invenio ibi iudico. *l. 1. ubi glo. C. ubi de crim. agi oportet Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quest. 9. vers. sed quæro Boerius dec. 202. Abbat. cap. cum contingat nu. 6. vers. si autem ibi non inveniatur de foro comp. & dixi supra lib. 4. quest. 10. 9. nu. 14.*
- 6 Longe magis potest id in exemptum in quem ordinarius multo plus iuris habet quam in pœnitus extraneum. *Rot. noviss. dec. 702. nu. 4. par. 1. & dec. 207. num. 2. part. 2. exempti enim licet non censentur esse de dicæceli, ordinarij censentur tamen esse in Dicæceli cap. grave ubi Fel. & DD. de offic. ordin. at vero extranei atque de Dicæceli neque id dicæceli ordinarij esse dicuntur. d. cap. grave ubi DD. ut proinde rationari hic liceat à minori ad majus si id de quo minus inesse videtur inest ergo id de quo magis. præses in locis legalibus loco à minori ad majus.*
- Secundo etiam si ordinarius id non posset ordinaria autoritate posset tamen (quod in idem prope recidit) autoritate delegata. Cum teste Cardinale Baronio in *annualibus Ecclesie* tomo 8. sub anno 676. Pontifice adnotato fol. 577. exemptiones plurimum ab sint Ecclesiasticæ disciplinæ præbeantque exemptis occasionem vitæ laxioris factum est, ut Concilium Tridentinum, *cap. 11. sess. 24. de reser.* ob graves expositiones de quibus Divus Bernardus plurimis hac de re in Epistolis tribuenit ordinarijs tanquam sanctæ sedis delegatis variam potestatem in exemptos. *eleg. Boerius ep. cap. relatum nu. 8. ne Clerici vel Monachi D. Bernard. in libro de consider. ad Eugen. Ut proinde sicuti ordinario licet delinquentem in loco immuni (quale est palatium) corrigere, Abb. cap. inter alia nu. 26. de imminut. Eccles. Ioannes de Vifchi ubi sup. nu. 16. & 17. ita & ordinario idem autoritate S. sedis permissum sit. Conc. Trid. d. loco.*
- 7 Tertio delictum hic notorium proponitur, tum quia in flagranti crimine deprehensus urante dictum est, tum quia coram decem & longe pluribus hominibus commissum, *Farin. lib. 1. quest. 21. nu. 47.* si vera autem esset opinio Hostiensis, *de Privilegijs nu. 11. per cap. patentibus cap. tuarum de Privilegijs*, exempti possunt ratione notorii delicti puniri ab ordinario. *glo. cap. patentibus §. d. cap. tuarum, Quæ Hostiensis opinio signanter accedente Concilio Tridentino, d. sess. 24. tribuente ordinatio autoritatem in exemptos delegatam prævalere in dubio deberet opi-*

ree opinioni Cardinalis Flor. in Clem. x. de officio ord. Domin. in cap. 1. de officio ord. in 6. semper enim in dubio judicandum est pro ordinario Feder. conf. 130. Abb. cap. 1. o. quoniam nu. 4. cum Apost. de privileg. cuius iurisdictione est per quam favorabilis exemptionem vero per quam Iuris odiosi; Archid. cap. frater 16. quest. 1. nu. 3. cap. per. venit in quest. 1. & cap. qui resistit quest. 3. Abb. d. nu. 4. Quæ tamen conclusio intel. ligenda est adhibita mica talis nisi privilegia exemptionis hæc in specie repu. gnent ad ea semper enim est collineandum, cap. porro cap. recepimus de privilegys. quod hac in materia semper est animadvertendum. Præterea nisi repugnet excep. tio legis non receptæ seu Concilii Tridentini eo in loco quo vigent hæc exempti. ones non recepti de quo plenius alio in libro scripsi, de iurisd. ordin. in exempt. l. 1. quest. 50.

QVÆSTIO XXXVI.

Ordinarius utrum Rescribendo exemptis utatur verbis mandatorijs vel rogatorijs.

SUMMARIUM.

- 1. Hypothesis huiusce questionis.
- 2. Ordinarius potest uti verbis præcepti-
vii.
- 3. Canonici receptio consistit in factio.
- 4. Inter mandatorias & hortatorias for-
mulas parum interest.
- 5. Hortatoria verba adiecta dispositioni in-
ducenti necessitatem obtemperandi assu-
munt naturam verborum præceptorio-
rum.
- 6. Aneupia verborum rejicienda.

Ordinarius in quam plurimis Europæ locis habent exclusis capitulis exemptis collationis beneficio. Quæritur nunc v. g. utrum ordinarius in suo col- lationis elogio sive deplomate possessionis dandæ suo beneficio uti debeat verbo. Hortatur rogamus an vero præceptivo mandamus Capitulum quod à juridi- cione ordinariæ exemptum est contendit jus non esse ordinario imperiosa mandati formula utendi in tabulis Sacerdotij erogatorijs & proinde cum præ- scripto Ecclesiæ ritu inquirere sibi liceat rejiciendus nec ne sit novitius Canonici aut Sacerdotio frui permitte ndus licere sibi ab imperio ordinarij exempto producentem collati- onis litteras informes & imperiosas ad possessionem non admittere verum in contra- riam est sententiam ubi eleganter deducit & supremis Galliæ tribunalibus de- cisionem refert Rhenatus Chopinus, de sacra politia lib. 1. tit. 7. nu. 3 & seq. fol. 143. & seq. Licet